Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 177
Quelle:
Copyright:

pia. v. 28. *Vnde procul facinus, procul horror et usus inanis* pro *Qua veteris ritus cruor horridus extat inanis.* v. 29. *Decretum* pro *Secretum.*

Secundi Carminis initium est:

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes &c.

Trithemius illud, ut Opus separatum, titulo *de Sacramento Altaris* indicavit *n.* 350. Atque ita extat jam in *Vincentii Bellovac. Speculi Histor.* P. III. L. 25. c. 113. Sed *Beaugendreus* Operi *de Mysterio Missae* illigavit edit. *cit. col.* 1149. In hac 18. *Distichor.* Elegia *Codex* noster legit v. 13. *Inde fit ut quotiens sacris accedimus aris* pro *Unde — assistitur aris.* v. 19. *tibi Christe* pro *tibi Summe.* v. 24. *Mentio pro reliquis causam agit alterius* pro *Vota precum ut citius detur eis requies.*

Tertium Carmen inscriptum est: *Versus Magistri Marbosii* et incipit:

Ligna voluptatis plantaverat apta beatis &c.

Extat inter Poematia *Marbodi* Ep. *Redonensis* Patria *Britanni* a. 1123. defuncti, quae simul cum *Hildebertinis* edidit memoratus *Beaugendreus*, p. 1573. Differt ab Editis *Codex* noster v. 4. legens *iniquum* pro *indignum.* v. 5. *mihi te* pro *tibi me.* v. 8. *Ecce die* pro *forte die.* v. 10. *veniens* pro *venit.* Versus 12. et 13. item 15. et 16. absunt a *Ms.* v. 17. *offerat* pro *ingerat.* v. 22. *festina carpere* pro *festiva mandere.* v. 24. *incitum* (incitatum) *sic decipit ipsa* pro *inscitum seduxit et ipsa.* v. 25. *O scelus* pro *Ob scelus.* v. 27. *Exclamant ue ua quiqui nascuntur ab eua* pro *Et clamat: Væ væ successio flebilis Evæ.* Reliquos 4. Versus, qui in Editis habentur, successu temporis adsutos putem.

Quartum Carmen inscriptum: *Cur deus homo*, incipit:

Ade peccatum que conueniens aboleret &c.

Legitur inter *Hildebertina* edit. *cit. col.* 1332. *Codex* noster habet v. 6. *quo pacificaret* pro *quod.* v. 7. *cui praeter id ipsum* pro *qui praeter* &c. v. 9. *natura creatrix* pro *redemptrix*, et dein versum integrum: *Quem redimit recipit* (sit?) *et ipsa redempta redemptrix*, quo carent Edita. v. 15. *furor offensi* pro *offensus.*

Quinti Carminis in Editis *col.* 1155. inscriptio: *Cur tres Missae celebrentur in Natale Domini.* Initium:

In natale sacro sacre sollemnia misse &c.

V. 4. pro *David* Codex legit *templo.*